



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**De Ortv Ac Progressv Artis Typographicae Dissertatio  
Historica**

**Mallinckrodt, Bernhard von**

**Coloniae Agrippinae, 1640**

Epigramma De Miracvlis Hollandiæ, à Scaligero dissimulatis aut neglectis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11780**

# IOSEPHVS IVSTVS SCALIGER

## De mirandis Bataviæ ad Ianum Dousam.

**I**gnorata tue referam miracula terra,  
Dousa peregrinis non habitura fide.  
Omnia Lanitium hic lassat textrina Mi-  
nerue,  
Lanigeros tamen huic scimus abesse  
greges.  
Non capiunt operas fabriles oppida vestra,  
Nulla fabrus tamen haec ligna mini-  
strat humus.

Horrea triticea rumpunt hic frugis acerui  
Pascuis hic tamē est, nō Cerealis ager  
Hic numeroſa meriſtupantur dolia cellis,  
Que vineta colat nulla putator habet.  
Hic nulla, aut certe ſegeſ eſt rariſima lini,  
Linifici tamen eſt copia maior ubi.  
Hic medijs habitamus aquis, quis credere  
poſſit,  
Et tamē hic nullæ, Dousa potātur aquæ.

Ignosce, lector, quod huic preti osæ purpuræ vilem, qui ſequitur, pā-  
num affuum. Formam tamen poēmaris extra censuræ aleam relinquaſ ve-  
lim. Materia certe vinco, & haec tenus iudicium tuum non formido.

## EPIGRAMMA DE MIRACVLIS

### Hollandiæ, à Scaligero diſſimulatis aut neglectis.

**S**caliger, arguto terre miranda Batavæ  
Carvine describens, maxima pra-  
teriit.

Nam ſint magna licet, qua grandius ille  
reconſet,

Hæc maiora tamen Musæ pufilla canit.

1. Pacis delicia medio in diſcrimine belli

Felici Hollandos conditione beant.

In nauibus, pelago, & fluvijs fiducia tanta  
eft;

Hostica ſic procul eſt inde & amica  
phalanx:

2. Hostis & hic peperit Muſis Bellona Ly-  
cum;

Inclita Martis opus, nam ſchola, Lei-  
da, tua eſt.

Quig feruſ toties iuuenes fugat atqꝫ ma-  
gistros,

Eius ope Aonidum culta paleſtra viget:  
Ingenijs ſcriptisque omnem qua, rouocat  
orbem

HEINSIVS ac reliqui hoc, tu quoque,  
DOVSA, doces.

3. Tertia res ſuper eſt, magis admirabilis  
illis

Quas retuli, at numis non memo-  
randa meū.

Amor



Amor igitur erga immortales viros , vero typographici artificij Inven-  
tores , tum artis ipsius aestimatio , hanc à me impetrarunt ( an imperarunt  
verius ) lucubratiunculam . Et illis , & huic debemus incomparabilem il-  
lam , qua veteres caruerunt , studendi commoditatem : quæ præterquam  
quod & oculis & loculis studiosorum hominum , tum characterum poli-  
tiae & nitelâ , tum tolerabili librorum pretio , si prisca cogites & conferas ,  
præclarè consulit ; tantam nobis dudum suppeditauit in omni Scientiarum  
studiorumque genere codicum ac voluminum copiam , ut haec & eiudem  
gustus reliqua , quæ recensere longum sit , reputanti mihi , cum Nasone ex-  
clamare libeat :

*Prisca iuuueni alios , ego me nunc denique natum*

*Gratulor : hæc studijs tempora prompta placent.*

Non igitur est ut humilitatem argumenti quis obijciat , cuius neminem  
quantæcunque sit vel eruditio nis , vel dignitatis ac gradus , pudere iure po-  
test , nedum ut mea id mediocritas designari debuerit . Si enim Claudio s  
Clemens Professor Madritanus , disertissimus scitissimusque Musæi ex-  
tructor & instructor , in ipsis sapientiæ sacrarijs , id est , Librorum reposito-  
rijs , quæ Bibliothecæ vocantur , inter Doctorum Imagines etiam Typo-  
graphicis Inuentoribus recte , ut facit , locum concedit , ac dudum ante il-  
lum re ipsa id præstatum est à Theueto & Beierlingo : quis improbet il-  
los cura & sollicitudine sua , à literarum amatoribus non inferiores cen-  
seri : præsertim de illis non alia tradentibus , quam quæ ad eruditio nis &  
studiorum decorem & existimationem pertinent , & posterorum cognitione  
digna sunt ? Fave igitur , quisquis hæc legis , ceptis meis , estoque certus ,  
nunquam nos satis gratos esse erga homines , qui excusoriam artem  
publicis usibus excogitarunt ; nedum erga diuinum numen , quod illis hanc  
gratiam & illuminationem cœlitus infudit ac concessit . VALE .

## AD INCLVTAM MOGVNTIAM

### Gratulatio.

**A**vidit excelsò sublimis Phœbus Olympo ,  
De primâ innetiis prælia mota Typis :  
Audaceisque animos hominum , atque in-  
gentia ridens  
Vota ; Quid hac non gens improba tentat ?  
Nō hominum inclamat : opus hoc ; opus omne  
Deorum est ,

Quiq; dedere Artes , Miq; dedere Typos .  
Attamen è cælo ( Pergit , ) cum hac munera  
terris  
Inferrem , summi Numinis imperio :  
Aurea præcunctis mihi sola Moguntia ledet  
est ;  
Visa nec hoc zenio dignior illa fuit .  
Hic pietas , & auita fides , gratissima cælo .  
Pergit

tomus